



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput IV. De Justificatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

CAPUT IV.

De Justificatione.

Jam qui pretioso sanguine Christi redimitur, & cui meritum passionis Christi applicatur, continuo is justificatur, hoc est, invenit remissionem peccatorum suorum, a reatu æternæ damnationis absolvitur, & relevatur per Spiritum Sanctum, atque ita ex injusto fit justus; nam Deus, quando justificat, non humano tantum more agit cum homine; ut ei ignoscat duntaxat, peccatum donet, & reum absolvat, sed facit etiam eum meliorem: id quod homines attribuere nec solent, neque possunt: communicat namque cum illo de Spiritu suo sancto, qui purificat cor ejus, & per charitatem in eodem corde diffusam incitat, ut, quod bonum, ac justum est, expetat, & expetitur opere ipso prosequatur. Concurrunt quidem Christi meritum, & justitia inhærens, ad quam renovamur per donum charitatis inhærens, ut ex ea pie, ac sobrie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri. Sed meritum Christi, ut sit justitiæ nostræ inhærentis causa, & cum in multis labamur omnes, ac propter infirmitatem, imperfectioremque nostram multa occurrant, quæ animos nostros turbare, & ad desperationem sollicitare possint: in eodem merito, & pre-

M m 2 tioso

